

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

In auribus tertiam animæ facultatem memoriam esse depictam. Colloq.  
LIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](#)

virtutes repræsentat, veram perfe-  
ctamque eam voluntatis imaginem  
esse oportere, scaturiginem pietatis  
aut improbitatis spiritualis, & pro-  
prium instrumentum gloriae ac vi-  
tuperij, meriti aut peccati esse meri-  
to vocitandam.

*In auribus tertiam animæ facultatem  
Memoria esse depictam.*

## COLLOQUIVM LIV.

**A**CCEDEIT nunc pulcherri-  
mis istis animæ ornementis THEO-  
& facultatibus Memoria,  
quæ speciosissimè in auribus picta ac  
adumbrata est: non modò propter i-  
psam concavitatem & capacitatem,  
sed propter officium: etiam quo res  
recipere, ac receptas retinere fideliter  
& diligenter debet; quemadmo-  
dum quoque animæ ista facultas  
Memoria, quam repræsentat capa-  
cissimum scientiarum receptaculū  
est, & omnium cognitionum ac se-  
cretorum animæ locupletissimum  
penu. Demonstrat quoque illud ipse  
earū situs, ipsa constitutio, ipsa dis-  
posi-

positio. Nam dum à facie lōgius ab-  
sunt, quam bellè & venustè memo-  
riam nobis repræsentant, quæ simi-  
liter sedē suā in anima penitus col-  
locauit? quæ cū nihil admittat, nihil  
que planè recipiat quod non ante  
intellectum ac voluntatē transferit,  
instar postici alicuius est ac posteri-  
oris officinæ. Et hāc reueraob causā  
veteres illi aurem Diuæ Memoriaræ  
consecratam esse voluerunt: & Latini  
familiare sibi loquendi genus sē-  
per illud habuerunt, vt dicerent au-  
rem alicui peruellere, & oblitera-  
*Cat. Tho*  
*l.3. t. 29.*  
*serui. in*  
*Eclog. 6.*  
*Virg. G.*  
*l.3. Ae.*  
*Pln. l. II.*  
*t. 45.*

Auris  
Dea Me-  
moria & sa-  
cra.  
Prouerb.  
aurem  
vellere.  
tum quippiam postliminio in me-  
moriā reuocare: reapse ac si ipsi illi  
auriū cōmotioni vis quædā inesset,  
per quā in ea quæ oblixi sumus recé-  
ter admodum reminiscendo regre-  
deremur: & ne plurium hic autho-  
rum classicorum authoritas ac testi-  
monia necessaria esse videantur, vñū  
instar omnī C. Plinium, studiosissi-  
mum illum naturalis Philosophiæ  
scriptorem in rem præsentem addu-  
cemus, qui ait: Viderur certè in ex-  
tremitaribus auricularū sedes me-  
moriæ esse collocata, quoniam eam  
illis

illis peruellere consueimus, quos  
velut testes eorum facimus quæ à  
nobis prolata sunt. Et cum quæstio  
inciderit de Deorum iris placandis  
propter dictū aliquod volæ immuf-  
satum, digitū annularē osculamur,  
& eo locū Nemēnsis attingimus qui  
post aurem dexteram est. Veteres  
Aegyptij earum semper rerū studi-  
ōissimi quibus sua inuoluere, & nō  
aliter quam mysteria hieroglyphi-  
cīs poterant occultare, cum obscurè  
sapientioribus hominem bonæ me-  
moriæ essent significaturi, vulpem  
aut leporem pingere solebant, ani-  
malia reapse illa quæ & ab audiendi  
fenu acerrimo, & verò etiam à  
Memoria admodum commendant  
i, qui Historias naturales compo-  
suerunt. Tempus nunc admonere  
videtur, satis ut de tribus animæ  
facultatibus, intellectu, voluntate,  
& memoria dictum esse arbitre-  
mur. Videamus itaque quomodo si-  
militudo illa, quæ in anima imagi-  
nem comitatur, luculenter in ista  
quoque parte elucescat.

*Apul. l.**met. II.**Alex. ab**Alex. l.**c. 19.*